

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Compendium rhetorices - Cod. Ettenheim-Münster 305**

**[S.l.], [Anfang des 18. Jahrh.]**

Caput tertium. De elocutione oratoria. Articulus primus. De iis quo  
univserim ad elocutionem spectant

[urn:nbn:de:bsz:31-131036](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-131036)

Caput Tertium.  
De  
Elocutione Oratoria.  
Articulus Primus.

De ijs  
Quo universim ad Elocutionem Spectant.

Q: Quid est Elocutio oratoria?

R: Est illa pars Eloquentis, quae res inventas, et bene si-  
gnificatas cum ornata verborum, atq; sententiarum proponit.

Q: quoniam ad Elocutionem potissimum requiruntur?

R: Proter decentem latinitatem, vel alicuius linguae probam  
notitiam requiritur ornatq; troporum, et figurarum,  
tam verborum, quam sententiarum cum convenienti  
stilo oratorio.

Q: unde decens latinitas addiscitur?

R: Ex frequenti, et attentata lectione probatorum ora-  
torum, et praecipue clarissimarum, quales sunt Cicero,  
Murettq;.

Q: quid est stylus oratorig?

R: Est illa dicendi forma, qua orator ad se explicando  
utitur. quam alij certum dicendi genus, et quoci cha-  
racterem vocant.

Q: quot species est stylus?

R: triplex, sublimis scilicet seu gravis, temperatus seu medius, et humilis seu infimus.

Q: quid est stylus gravis?

R: Est ea dicendi forma, quae consistat argumentis gravioribus, seu subtilioribus, item tropis illustrioribus, et figuris praecipue sententiarum nobilioribus, cum debito numerorum apparatus, seu pondere verborum.

Nam ad hunc stylum gravem, seu sublimem dicendi formam spectat, ut moveat, fleat, ac percellat audientium animos. hinc frequentibus, ac illustrioribus figuris, nec in tropis exornatur, simulque gravioribus amplificationibus pro concitandis affectibus dilatetur necesse est. Corro dictionem habere debet rapidam, seu velocem, incisam, et membra plurima, quibus instat, mordet purgat .f.

Periodos elongeta habet paucas, et has in adeo extensas, ponderosas tamen et verborum gravitate, seu Majestabile sonantes, quae nempe affectui, et rei melius exprimendo pro aliis videntur deservire.

Atque hic stylus vim habet longe maximam quando

nempe pro re exigentia modo perstringit, modo irrepit  
 in sensus seu animos audientium, novas opiniones in-  
 ferit, infitas excutit. ac reputat, amplificationibus  
 orationem atollit; iram, et misericordiam, odium,  
 et amorem imprimit. ꝑ. et per omnes ferme vehemen-  
 tiones figuras optationis ꝑ. g. Exclamationis ꝑꝑ.  
 vagatur. ut videre est in perorationibus Ciceronis  
 pro Murona, Milone. ꝑ. Item in oratione funebri,  
 quam habuit Muretus pro Carolo nono Gallorum Rege  
 et alibi frequentissime.

Q: Quid est stylus humilis seu infing?

R: Est ea dicendi forma, quo proxime ad quod dia-  
 num, et familiarem n̄ fulgi, sed Eruditorum sermo-  
 nem accedit. seu: quo supra sermonem familiarem eru-  
 ditorum parum elevatio est.

Unde hic stylus propter verborum proprietatem, et  
 puritatem, cultum quidem verborum exigit, tropos etiam  
 et Metaphoras non respuit; denique figuras etiam tam  
 verborum, quam sententiarum vis in oratione non in-  
 facit, amplificationes vero, et graviores ad motum

figuras excludit, et numerorum pondere non incedit. Nam usus huius styli eo spectat, non ut flectam, ac moveam, sed ut doceam declarando, narrando, probando, confirmando. *s.* quem in finem sufficit stylus humilis, seu infimus, et pro altero quovis magis idoneus est.

Q: quid est stylus temperatus, seu medius, aut mediocris?

R: Est ea dicendi forma, quae inter stylum gravem, et humilem ornatum suum ita attemperat, et proponit, ut stylo humili sit altior, ac robustior, stylo autem gravi inferior, et demissior.

Atque hic stylus ferè plerumque dicendi ornamenta admittit. sunt in eo mediocres sententiae, verba decorata, schemata illustriata, compositis numeris plena, et per periodos fluida. Clarissimum habet suavitatis, quod partim numeris, partim periodis, partim iunctura, seu connexionem, et partim troporum, et figurarum non tamen adeo vehementium splendore comparatur. Adhibetur hic stylus deinde ad delectandum Auditorem.

Q: quando nam hic, vel ille stylus ex his tribus

in oratione est adhibendas.

Q: optima regula desumenda est ex triplici orationis fine, an videlicet orator velit docere, an delectare, an vero commovere seu flectere animos Auditorum. Proinde si intendit docere utendum est stylo humili seu infimo, etiamsi de maximis rebus. g: De Deo, de Sanctis &c. dicendum sit; atq; hoc ideo, ut audientes magis intelligant, quid dicat, et quod docere intendat, quando autem vult delectare, mediis, seu temperatus stylus ei adhibendus est, ut adsit lepor, et quasi condimentum suavitalis, sine vehementia, quod si deniq; movere intendat, tunc gravis seu sublimis stylus quadrabit, ut nimirum tantus, quantus impetus.

Hinc fit, ut sopsissime in eadem oratione tres styli simul commisceantur, et unus excipiat alteram, in diversis tamen orationis partibus, nam demorator aliquid narrat, aut probat, utitur stylo humili. Dum exorditur, ibiq; intendit auditores facere benevolos delectando, adhibet stylum mediam. in Amplificationibus autem, et Epilogo, si alias res postulat

utilitur stylo gravi, seu fumo. ut patet in oratione  
Ciceronis pro Milone. In tali autem casu à potiori  
parte sumitur. denuminatio, aut etiam à fine, à q<sup>do</sup>  
tanquam objecto formali specificatur oratio, cuius-  
nam sit styli, ac formæ. Porro si universam oratio-  
nem spectes infimum styllum invenies in oratione Ci-  
ceronis pro Quirilio, pro Flacco, pro Plautio, in Eda.  
Atia. Catil: Mediam styllum pro lege Manilia,  
pro Marcello, pro Archia, summam deniq; in ultima  
verrina, in Prima Catil: in Antonium, et Bibulam.

Si cupis videre Exemplum, ubi in eadem oratione  
omnes tres styli simul in diversis tamen partibus re-  
luent, lege illam Ciceronis pro Marco Marcello,  
ubi statim in exordio utilitur stylo temperato, sci-  
licet fluido, et numerofo, sic enim incipit diuturni  
Silentij C: Cic: quo eram his temporib; usus non  
timore aliquo, sed partim dolore, partim verecun-  
dia finem, hodiernq; dies attulit, idemq; initium, quod  
vellem, quoq; sentirem, meo pristino more dicendi.  
Tantam enim mansuetudinem tam inusitatam insu-  
ditamq; clementiam tantum in summa potestate regam

omnium modum tam deniq; incredibilem sapientiam,  
 ac pene pene divinam tantq; nullo modo proterire possum.  
 En! ut periodus excipiat periodum; adeoq; quam tem-  
 perate, quam fluide, suaviter, ac numerose Cicero hanc  
 suam exordiatu orationem, seu in eadem adverte tm  
 stylum gravem, seu sublimem juxta arceitationes  
 Minelij Cap: 10. post num: 37. ubi sic habet.

~~Hic tu modum tuo vito n̄ salute reipublice, sed~~  
 equitate animi devinies: quid, si istud ne glorio qui-  
 dem tuo satis est? cuius te esse avidissimum, quamvis  
 sis sapiens n̄ negabis. parānne igitur inquis, glo-  
 riam magnam reliquens? imo verō aliis, quamvis  
 multis, satis, tibi uni parum. quidquid enim est,  
 quamvis amplum sit id certe parum est tam, cum est  
 aliquid amplig. p.

In eadem deniq; accipe etiam stylum humilem quid  
 Minelium cap: 5. post num: 19. ubi sic.

Quo quidem in bello semper de pace agendum, audien-  
 dumq; esse putavi, semperq; dolui n̄ modo pacem, sed  
 orationem etiam civium pacem efflagitantium repudi-  
 ari neq; enim ego ulla nec ulla unquam secutq; sum arma  
 Civilia semperq; mea consilia, pacis et Regis socia



in Belli, atq; armorum fuerunt. p.  
 Interim tamen ne in re fias scrupulosus te semper, et  
 pro semper comonitum volo, ut bene attendas ad res ipsas  
 de quib; loqueris, earundemq; circumstantias, et exigen-  
 tias probe consideres, et tam vel ipsum iudicium judi-  
 cabit, quo stylo illas exornes, et proferes. quis e.  
 prohibebit, ne aliquando aut etiam sopias in ipsa pro-  
 batione, in confirmatione, vel etiam dum delecta-  
 re intendis uti liceat stylo gravi! Hoc itaq; res  
 tota dependet ab uno iudicio neq; tam facile doceri  
 potest, et licet quidem à n̄ paucis doceatur, illorum  
 tamen doctrina, à multis, proferentim n̄ hoc tempore  
 n̄ acceptatur pro Regula.

Optima proinde regula erit, ut res omnes in quacumq;  
 oratione ita proponas, atq; exornes, prout eorum  
 dignitas, et natura in his determinatis circumstantiis  
 exigit. Ad quod vel maxime iudicio opus est, nec  
 non industriose examine an hoc vel illud melius,  
 vivacius, ac convenientius in hoc, vel illa figura p.  
 proponi queat: Item sedula eaq; morosa Ciceronis  
 vel Muræti lectio. p. ut videas quomodo, et

quandonam illi in hac vel illa materia usi sint stylo gravi, vel temperato, aut humili.

**H**ic prolesea notabis, cum, qui stylo gravi se impendere cupit opus habere Celeri lingua forti voce, memoria expedita; alioquin evanescit omnes figurarum impetus, et pro motu reportabitur vestigium. quid e. ex illis vox, tarda lingua, et memoria hospitans, prodhabit vito, et figuris, quid tamen in stylo gravi, vel maxime desideratus.

**Q**: quid est numerus oratorig. De quo iam sopius facta est mentio. **A**: profitarum.

**Q**: Est certa harmonia, et dimensio vocum inter se dispositarum.

**Q**: quid prostat numerus oratorig?

**A**: Duo. Nam in primis facit, ne incisa, membra, et periodi sint, vel nimis longa, aut nimis curta, Itaque tribuit singulis congruam longitudinem, ac brevitatelem, prout res sinunt, et exigant, et vel sic oratio semper differat à vulgari sermone, et tamen inter debitas limites coerceatur. Si e. singula fere incisa, membra, et periodi essent nimis breves à comuni

loquendi modo haud discreparet oratio. Si vero nimis essent extenso, et prolixo tam ipsum oratorem, quam auditorem nimium defatigarent.

Deinde numerus oratoris his ipsis incisus membris, ac periodicis tribuit verborum concinitatem seu suavitatem, ut sermo gratior auribus accidat, et omnis vocum asperitas evitetur. adeoque vides, quod numerus oratoris consistat in debita junctura, nec in modo, seu modificatione, ac forma verborum cum justa dimensione.

Q: an non prescribuntur certa quaedam procepta pro numero oratoris?

R: Prescribuntur quidem nonnulla, sed praecipua sunt duo sequentia, quibus observatis, contra reliqua caute non peccabis. Primam est, ut probe consulas iudicium aurescens. quod fit, si ipse alta voce legas, aut potius coram teperores tuam orationem, et tum jam experieris, quomodo singula verba in aures incidant.

Adum est frequens lectio Ciceronis, Muræti, et aliorum unde brevi addices quali numero oratoris fiat suavis, quid est diverso aures attendat, quid deceat,

Quid deniq; placeat; quàm longo, quàm breves, quàm  
 vario periodi fiant oporteat. Interim tamen rursus  
 te comonitum volo, ne te multum vexes circa varia-  
 tem Periodorum, an scilicet modo facias bimembrem,  
 trimembrem, vel Pneumaticam. quorsum? ista!  
 Sed hanc varietatem relinque tuo conceptui, et  
 semper attende, quid res ipsa, de qua loqueris,  
 postulet, siue dein eveniat bimembris, siue trimem-  
 bris: Nam mensura Periodorum, ut videlicet sint  
 longiores, vel breviores tot, vel tot membrisum p.  
 desumi debet ex ipsa rei, et materia exigentia.  
 Sed iam faciamus gradum ad ipsam periodum, eiusq;  
 partes.

130.

139.

140.

141



142.

143.

i44.

145.

146

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

*[Partial view of handwritten text on the adjacent page]*